

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Logica s. ars cogitandi - Ettenheim-Münste 101 - Philosophia eclecticica

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Pars prima logices

[urn:nbn:de:bsz:31-110938](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110938)

34.  
37.

## Part Prima Logicae.

### De Perceptione seu Idea.

Prima cogitationis seu operationis mentis species, quam Logica considerat, perceptio vel idea, vel etiam apprehensio in Scholis nuncupatur; ac definiri solet, prima cogitationis seu operationis mentis species, quae quidpiam concipitur tantum, nec quidquam de eo affirmatur vel negatur.

De ea sex capitibus differemus. 1<sup>o</sup> Quaremus specialiter quid sit perceptio vel idea, et quot modis sumatur. 2<sup>o</sup> De idearum seu perceptionum veritate et falsitate tractabimus. 3<sup>o</sup> De idearum universalitate, particularitate, ac singularitate agemus; ubi Porphyrii doctrinam de quinque ideis, aut vocibus universalibus exponemus. 4<sup>o</sup> De claritate et distinctione earumque obscuritate et confusione verba faciemus; et consequenter 5<sup>o</sup> Aristotelis ac recentiorum categorias trademus. 6<sup>o</sup> Denique, De idearum signis, seu variis, quibus exprimuntur nominibus, sermonem habebimus.

38.

### Caput Primum.

Quid sit Perceptio seu Idea,  
et quot modis sumatur.

Superius jam in Prooemio Logicae nostrae adnotavimus, appren-

lionem seu perceptionem esse simpli-<sup>35.</sup>  
cem rerum, quae menti sistuntur, con-  
templationem; Ideam vero esse for-  
mam illam, sub qua res ista consi-  
derantur. Idea igitur idem est, ac  
rei species intellectui exhibita et ab  
eo percepta; sive est objectum ipsum  
mente conceptum; Perceptio vero  
est objecti cognitio, vel, ut Schola lo-  
quuntur, apprehensio, qua quidpiam  
conicitur tantum, nihilque de eo  
affirmatur, aut negatur. Utraque  
tam Idea, quam Perceptio promiscue  
usurpari solet in Scholis, adeo ut idem  
sit Perceptionem dicere ac Ideam,  
et vicissim; Perceptio nempe est idea  
formalis; Idea vero est idea objecti-

va p. Perceptio sic exposita duplex 39.  
iterum est, Intellectio pura scilicet,  
et Imaginatio. Prima est ea, per  
quam mens seu intellectus citra phan-  
tasmatis aut speciei corporeae subtri-  
dium quidpiam cognoscit: v. g. cum  
percipit Deum, se ipsam, suas cogi-  
tationes et affectiones, puta gaudium,  
tristitiam p. Ea autem perceptio,  
qua se ipsam suasque cogitationes  
mens cognoscit, consuetudina appella-  
tur, quia suarum cogitationum et  
affectionum sibi consuetudina est, secum-  
que quodammodo sicut se cogitare,  
sive se cogitantem intimò sensu,  
aut sententia percipit.

36.

Altera perceptionis species, eaque ignobilior, dicitur imaginatio, per quam scilicet mens phantasma quoddam, vel imaginem rei alius in phantasia seu facultate imaginatrice, vel potius in cerebro velut depictam percipit; ut cum quis Solem, circulum, Arborem, aut aliud quidpiam corporeum quasi praesens intuetur, cum saepe longissime absit, imò nonnunquam minime in rerum natura sit.

5  
17

40.

Verum ut intellectus purus et imaginationis discrimen in una eademque re breviter ostendamus, sit hoc exemplum: Si quis imaginari velit unum hominem, vel duos, vel etiam tres, non aegre equidem id assequetur; quia hoc phantasia viros non excedit. At si per imaginationem centum aut mille, aut series centiesve mille homines sibi clare et distincte simul representare velit, et conetur; nunquam eo pervenire poterit illius imaginatio, sed confusam tantum et obscuram hominum multitudinem et aerum sibi representabit et imaginabitur, ita ut discrimen, quod inter novem ac decem hominum millia intercedit nec clare nec distincte patefacere valeat. Intellectus purus tamen discrimen illud accuratissime novit: nam si quis e.g. comitatibus exercituum praefectus sit, et cibaria in quindecim tantum

hominum milia ad certum tempus com-<sup>37.</sup>  
paraverit; accedentibus adhuc aliquot  
millibus vel recedentibus, in toto calculo  
statim comperiet, quanta commeatu-  
um augmentatio vel diminutio sibi fa-  
cienda sit, nec timendum ipsi est, ne  
hac in re vel minimum hallucinetur.

Quocirca intellectus clarè et dis-  
tinctè percipit id, quod phantasia con-  
fusedè tantum et obscure potest exhibere.  
Unde inter puram intellectionem et  
ipsam imaginationem insignis elucet  
differentia; hæc enim simulacrum  
quoddam aut speciem corpoream dum-  
taxat speulatur, illa non item.  
Utraque tamen perceptionis nomen  
obtinere, quippe utramque mens  
cogitatione prosequitur.

¶ Bonum proinde est intelligere, 41.  
ineptum esse vulgare Philosophicum  
istud axioma: Nihil est in intellectu,  
quod non prius fuerit in sensu. Vi-  
vis contendunt quidam etiam magni  
nominis Philosophi\*, omnes omnino  
ideas, quæ in mente sunt, ortum  
ducere à sensibus, ita ut neque ali-  
am Dei ipsius ideam mens habere pos-  
sit, nisi eam, quæ ope imaginatio-  
nis venerandi Senis alicujus figuram  
ei exhibet: digna sanè Antropomor-  
phitis\* opinio, quam referre refedere  
est. Atque, ut cetera taceamus,  
quid clarius percipere valemus, quam  
quod cogitemus? Quod si cogitationis

\* Præter Peripate-  
ticos etiam Gas-  
sendista post  
gasendum.

\* Antropomorphi-  
ta Heretici sic  
dicti, quod Deo spe-  
ciem humanam  
corpus et membra

affingerent. <sup>38.</sup> id enim  
 composita ex andro-  
pos, quæ hominem  
 et morphi quæ for-  
 mam significat, gra-  
 cis vocibus. Dicitur  
 sonat. circa an.  
 Chr. 400. visi sunt.

nostra idea per sensus nostros in cere-  
 brum usque penetrasse atque men-  
 tem nostram subisse dici debeat,  
 profecto declarandum est, per quam-  
 nam sensuum januam in mentem  
 intraverit; non utique per visum,  
 nec enim hūida est aut colorata. Non  
 per auditum, quia nec gravis nec  
 acuta, adeoque nec sonora est. Non  
 per odoratum, nec enim bene aut ma-  
 le olet. Non per gustum, cum sapore  
 sit destituta. Non per tactum, neque  
 enim frigida aut calida, nec mollis  
 aut dura est. Ergo idea cogitationis  
 per nullum sensum aut imaginatio-  
 nem mentem subire potest. Sicque de  
 ceteris ideis merè spiritualibus dicendum.

42. Porro Cartesius\* triplicem sta-  
 tuit idearum speciem, nempe juxta  
 ipsam alia sunt innata, alia adven-  
 titia, denique factitia alia. In-  
 natas ideas vocat illas, quæ menti nos-  
 træ sunt ingenitæ; talis est idea men-  
 tis, cogitationis, veritatis, bonitatis,  
 Dei; quæ, ut et plures alia, à naturâ  
 nobis sunt indita. Adventitia sunt,  
 quæ occasione variarum rerum entrâ  
 mentem positarum ei adveniunt, qua-  
 les sunt idea coloris, soni, odoris, saporis,  
 p. Factitia denique sunt, quæ  
 ex iis, quibus mens jam informata  
 est, componuntur, ut cum ex  
 ideis montis et auri, quæ mens jam  
 habet, et quibus jam informata est,  
 aureum montem effingit, p. p.

\* Renatus Cartesius  
 Nobilis galus, sæculi  
 præteriti Philosopho-  
 rum faulæ Princeps,  
 qui recentioribus Phi-  
 losophis rectam deinceps  
 Philosophandi viam  
 aperuit. obiit Hol-  
 landia an. 1650. ætatis  
 suæ 54. dux illam  
 Christina Sæciorum  
 Regina, ex ipsius phi-  
 losophandi ratione et  
 methodo compendium  
 factura, evocaverat.  
 Antagonistam ha-  
 buit Petrum Gassen-  
 dum Diniensis Cathe-  
 dralis Ecclesiæ in pro-  
 vincia Canonium et  
 præpositum, Philoso-  
 phum percelebrem,  
 qui Epicuri Philoso-  
 phiam Religionis

Capit. Secundum

De Veritate et falsitate idea-  
rum.

Veritas generatim dici potest  
convenientia rei vel modi cum sua  
regula aut mensura.

Veritas sic definita alia est en-  
tis vel modi entis, quae transcenden-  
talis aut metaphysica vulgo dicitur,  
per quam scilicet ens vel modus en-  
tis cum suo exemplari, nempe idea  
divina omnium veritatum exem-  
plari, congruit. Alia est veri-  
tas signi, quae est illius consensio  
cum re significata, qualis est veri-  
tas sermonis tam cum rebus, quas  
significat, quam cum cogitationi-  
bus, quas exprimit, congruentis.

Alia denique Veritas cogni-  
tionis vocatur, quam hic potissi-  
mum spectamus, quaeque definitur  
solent, convenientia cognitionis nos-  
trae cum re cognita. At cognitio  
nostra vel in sola idea consistit,  
vel in relatione, quam idea habent  
inter se, ut conjungantur, vel sepa-  
rentur; in qua conjunctione vel  
separatione iudicii natura sita  
est: Unde alia est idea, alia iudi-  
cii veritas, et cum idea vel sim-  
plex sit vel complexa, hinc alia  
rursus est idea simplicis, alia idea  
complexa veritas. De idea veritate  
hinc nobis sermo duntaxat.

43. Christiana principis ac-  
commodatam Iennio sus-  
citavit. Natus posthi-  
betur Gaspendus 22.  
Jan. an. 1892. Denatus  
vero 24. octob. an. 1855.

Epicurus autem  
fuit ex celeberrimis gra-  
ecae philosophis  
unus, Athenis doctus.  
multosque sibi pepe-  
rit sectatores, qui ab  
ipso nomine Epicu-  
ri fuerunt nuncupati.  
Suum bonum collo-  
cavit in voluptate,  
non quidem corporis,  
prout passim ipse ab  
adversariis suis perca-  
lumniam afflictum  
fuit, quae calumnia  
ad posteros pertransiit,  
eorumque mentes im-  
buunt; sed in voluptate  
mentis, adeoque spiri-  
tali. Omnia quae in  
mundo huius aspectabili  
continentur, et atomis  
sive insensibilibus corpus-  
culis, inter quae subinde  
vacuum sive inane ex-  
pansum intercederet,  
atque fortuito casu  
per varios suos motus  
inter se se diversimo-  
de connexis constare  
tutur est. Natus  
posthibetur Epicurus  
Gargeti in Attica  
Achaia provincia,  
quae nunc Ducatus Athe-  
niensis vocatur, an.  
mundi 3643. Olympia  
dis 109. 4. 10. Urbis Con-

40. 44. Idea simplex est ea, que vel rem  
unicam vel modum unicum exhibet,  
qualis est idea montis, auri, rotundi-  
tatis, p. Complexa est ea, que rem  
exhibet cum aliquo attributo vel mo-  
do, sive cum ea qualiter, qua afficitur:  
hujusmodi est idea montis aurei,  
bauli fracti, lapidis angulati, p.  
Dualisunque autem sit idea,  
sive simplex sive complexa, illius  
veritas in sola consensione cum re  
percepta citra ullam affirmationem  
aut negationem consistit. Sed contra  
veritas iudicii, que compositionis di-  
citur, in affirmatione vel negatio-  
ne, sive in idearum conjunctione  
vel separatione sita est, p. Sed de  
ea suo loco pluribus agemus.

Veritati opponitur falsitas,  
qua respectu signi vel cognitionis  
dici potest, discrepantia cognitionis  
vel signi a re cognita vel significa-  
ta. Nam veritas transcendentalis  
oppositam non habet falsitatem. His  
prohibatis, sit

Conclusio: ma

45.

Perceptio aut idea sive sim-  
plex, sive complexa vera esse potest.  
Prob. Tunc perceptio vel idea  
dicatur vera, cum est objecto suo con-  
sentanea. Atqui perceptio sive  
simplex sive complexa potest esse  
objecto suo consentanea; v.g. percep-  
tio montis, que est simplex, et per-

ceptio montis praerupti, quae est com- 41.  
plexa consentire possunt cum objec-  
tis suis seu rebus perceptis, prout aper-  
tum est. Ergo perceptio aut idea si-  
ve simplex, sive complexa potest  
esse vera.

Conclusio 2<sup>a</sup> Da

46.

Perceptio sive simplex, sive  
complexa proprie et formaliter lo-  
quendo nunquam dici potest fal-  
sa. Prob. Perceptio falsa pro-  
prie et formaliter loquendo ea di-  
ceretur, quae objecto percepto esset  
dissentanea. Atqui perceptio si-  
ve simplex, sive complexa non potest  
dici objecto percepto dissentanea: nam  
si exhibet rem perceptam sicut est,  
v.g. aurum praesente auro, tunc  
objecto est consentanea: quod si  
objectum praesens non exhibeat,  
sed aliquod aliud, v.g. si praesente  
aurichalco aurum exhibeat, vera  
quidem erit auri perceptio, mini-  
me aurichalii: adeoque non erit  
falsa aurichalii perceptio, sed nul-  
la; seu minime erit aurichalii per-  
ceptio. Ergo perceptio sive sim-  
plex, sive complexa, proprie loquen-  
do dici falsa non potest.

Conclusio 3<sup>ta</sup>

47.

Perceptio seu idea, sive sim-  
plex, sive complexa dici potest fal-

42. *Falsa materialiter, ut ajunt, et occasione  
subsequentis judicii, id est, potest esse  
materia et occasio falsi judicii.*

*Prob. Ut perceptio vel idea dici  
possit falsa materialiter et occasio-  
ne subsequentis judicii, satis est, eam  
esse posse materiam et occasionem  
falsi judicii. Atqui perceptio vel  
idea sive simplex sive complexa,  
maximè autem complexa potest esse  
materia et occasio subsequentis falsi  
judicii: v.g. perceptio auri presen-  
te aurichalco esse potest materia  
et occasio, aur aliquis judicet, au-  
rum esse id, quod solummodo est  
aurichalcum: Sic perceptio bauli  
fracti, dum mediâ sui parte in  
aquam demergitur, quamvis re ipsâ  
rectus sit, in causâ est, aur baulus,  
qui rectus est, judicetur fractus aut  
inflexus. Ergo perceptio vel idea  
sive simplex, sive complexa dici  
potest falsa materialiter, et occa-  
sione subsequentis judicii.*

*Hinc priusquam de re aliquâ  
judicium feratur, hæc regula cons-  
tanter est tenenda, ut perceptio  
quàm diligentissimè expendatur, nec  
unquam ulli rei assensus præbeatur  
nisi clarè et distinctè fuerit percepta.*

48. *Ob. 1.º contra ipsam conclusio-  
nem. Perceptio sive simplex, sive  
composita nihil affirmat, vel negat.  
Ergo proinde vera non est.*

Resp. Dist. cons. Perceptio sive sim-<sup>43.</sup>  
plex sive complexa non est vera verita-  
te compositionis, quae ad iudicium perti-  
net, quaeque in affirmatione vel nega-  
tione, seu in idearum conjunctione  
vel divisione consistit, cons. Non  
est vera veritate simplicis aut com-  
plexa, quae est veritas perceptionis  
cum objecto percepto convenientis, neg.  
cons. Responsio patet ex dictis.

Ob. 2<sup>o</sup>. contra 2<sup>am</sup> Conclusionem. 49.  
Si simplex perceptio falsa esse nequit,  
nec vera quoque erit, nam utrobique  
par est ratio. Ergo p.

Resp. neg. ant. Quamvis enim  
perceptio vel idea non sit objecto praesenti,  
et quod exhiberi deberet, consentanea,  
non tamen ideo dici potest  
falsa, sed potius respectu objecti illi-  
us, quod exhiberi deberet, nulla, pro-  
ut jam diximus. At vero consentanea  
semper est objecto exhibito et  
percepto: quare semper vera est, nun-  
quam vero falsa ratione sui sibi est.

Ob. 3<sup>o</sup>. Illa idea etiam proprie 50.  
et ratione sui falsa dici potest, quae  
non exhibet objectum sicuti est. Atqui  
idea auri praesente aurichalco non  
exhibet objectum sicuti est. Ergo etiam  
ratione sui est falsa.

Resp. Dist. min. Non exhibet,  
sicuti est, objectum, quod est praesens,

44. et quod exhibendum foret, cone. Non ex-  
hibet objectum perceptum, sicuti est,  
neg. min. Idea quidem auri prae-  
sente aurichaleo non exhibet objectum,  
quod praesens est, et quod exhiberi debe-  
ret; nempe non exhibet aurichaleum,  
sed aurum, quod percipitur; non ta-  
men iudicio falsa dici potest proprie  
et ratione sui: nam revera auri per-  
ceptio non est falsa aurichalei percep-  
tio, sed minimè est aurichalei perceptio.  
Atqui perceptio auri est vera auri per-  
ceptio. Ergo minimè est aurichalei per-  
ceptio: adeoque non est falsa, saltem  
ratione sui, licet falsa sit ratione sub-  
sequentis iudicii, quia iudicio falso pra-  
ebet occasionem.

51. Ob. 4<sup>o</sup>. Perceptio complexa aequi-  
valet iudicio, sive est verum iudicium. Sed  
iudicium potest esse falsum; siquidem affir-  
mat et negat. Ergo et perceptio complexa.

Resp. neg. maj. Perceptio quippe  
nihil affirmat aut negat, sive simplex  
sit, sive complexa; ergo non aequivalet  
iudicio, aut est iudicium.

Inst. 1<sup>o</sup>. Illa perceptionis species aequi-  
valet iudicio, sive est verum iudicium, qua  
quidpiam alicui subiecto tribuit, aut ab  
eo detrahit. Atqui perceptio complexa  
v. g. montis auri, vel bauli fracti  
tribuit alicui monti, nempe esse au-  
reum, et detrahit baulo rectitudinem,  
dum ipsi fracturam tribuit. Ergo per-  
ceptio complexa aequivalet iudicio.

Resp. Dist. maj. Illa perceptionis 45.

Species aequivalet judicio, seu est verum  
judicium, quae quidpiam alicui Subjecto  
tribuit aut ab eo detrahit per affirmatio-  
nem aut negationem, conc. per concep-  
tionem tantum Subjecti cum attribu-  
to sine affirmatione aut negatione,  
neg. maj. p. Perceptio completa tri-  
buit tantum alicui Subjecto, qua-  
tenus Subjectum una cum attributo con-  
cipitur, puta cum concipitur mons  
aureus, vel baculus fractus: minime  
autem tribuit unum alteri per affir-  
mationem aut negationem, quia  
nec affirmat nec negat vel montem  
aliquem esse aureum, vel baculum  
esse fractum, quod ad judicium requiritur.

Inst. 2<sup>o</sup>. Perceptio Dei crudelis est  
falsa. atqui haec est perceptio seu idea  
complexa. Ergo p.

Resp. neg. Suppositum. Deus enim  
est ens perfectissimum cui repugnat idea  
crudelitatis. Sed dato, non tamen con-  
cesso, dari posse ideam Dei crudelis, quid  
inde sequitur? nempe posse aliquem  
cogitare, Deum esse crudelem? mini-  
me profecto: nihil enim hic de Deo affir-  
matur, vel negatur, consequenter cum  
cum falsitas aut veritas judicii in affir-  
matione vel negatione consistat, hic  
autem de Deo nihil affirmetur aut ne-  
getur, nec idea haec falsa esse potest.

Caput 3<sup>o</sup> trium

De universalitate, particularitate  
et singularitate idearum p.

52.

\* Omnia quaecumque in rebus \* Vid. Exercit. Philos. Exercit.



tedigimus, quam quod mens nostra unum  
sine alio conipere possit, qua in re non de-  
cipitur, quia dum unum conipit sine  
alio, non idcirco iudicat idem sine alio  
consistere.

\* Ad maiorem dictorum claritatem  
varia huiusmodi abstractionum exem-  
pla subnectimus. Quando v.g. mens  
non tantum se substantiam cogitantem  
conipit, sed hoc attributum seu predi-  
catum cogitans spectat tanquam quid  
omnibus substantiis cogitantibus, sive  
actu existant, sive possibiles sint dum-  
taxat, commune; tum subjectum ab  
attributo seu predicato, et vicissim  
attributum seu predicatum a suo subiec-  
to ipsa dicitur praesumere. Item  
quando consideratur dulcedo vel candor  
sine lacte, quod dulce et candidum est,  
et cui prout tum dulcedo tum candor in-  
est, tunc modus sine re, cuius est mo-  
dus, spectatur et ab eo praesumitur.

Et denique, cum consideratur lon-  
gitudo corporis sine latitudine, aut  
longitudo et latitudo sine profunditate,  
tunc modus a modo abstracti dicitur.

Opere igitur abstractionum varia  
idearum genera conipere valemus,  
quarum aliqua universales, aliae par-  
ticulares, aliae denique singulares num-  
cupantur.

Ideam universalem eam dici-  
mus, quae quamvis in se singularis sit,  
multa tamen simul et semel nobis ex-  
hibet singularia; sic cum generatim

47.  
sunt, quamvis tamen eius  
opiniones a doctrina Moy-  
sis in multis discrepent.  
Obiisse fortiter Olympiade  
108. an. circiter ante Aera  
Christi 348. eodem die  
quo ante 81. annos natus  
fuerat. De divinitate  
ita proclare scripsisse  
fuit, ut ipsum divi-  
mus Plato nunquam  
varios habuit in Aca-  
demia successores in-  
ter quos Arcesilas, qui  
primus docuit, nihil  
perfecte sibi posse,  
adeoque in omnibus  
rebus suspendendum  
esse iudicium suum,  
ne quidquam affir-  
mandum. unde qui  
hanc doctrinam secta-  
ti sunt etiam aca-  
demici fuerunt nun-  
cupati.

2  
22

53.

48. coniugio hominem, nec in illo aliud conside-  
ro, quam quod sit Substantia ex mente  
et corpore physice conjunctis constans;  
hæc idea, cum menti meæ simul et se-  
mel omnes et singulos homines exhibeat,  
universalis dicitur.

54. Particularem ideam vocamus  
eam, quæ rem in se quidem singularem  
menti nostræ exhibet, sed tamen velut  
incertam et indeterminatam: ut cum  
audio vocem confusam vel gemitum  
hominis alicujus, idea quidem alicujus  
hominis loquentis vel dolentis in me ex-  
istatur, sed quis ille sit, mihi non cons-  
tat.

55. Singularis idea illa est, quæ  
rem aliquam singularem, certam et de-  
terminatam, v. g. Platonem, Aristote-  
lem, Gassendum, aut Cartesium exprimit.

56. Circa ideas abstractas et universa-  
les duo sunt diligenter observanda, si-  
licet illarum comprehensio et extensio:  
Comprehensio idea alicujus sunt ea attri-  
buta seu prædicata, quæ in rei alicujus  
idea sic continentur, ut hæc sine illis  
stare non possit: v. g. esse compositum  
ex mente et corpore sic continetur in  
idea hominis, ut aliter homo intelligi  
non possit. Per extensionem idea in-  
telliguntur subjecta, quibus hæc idea  
convenire potest, ut idea hominis  
competit Socrati, Aristoteli, &c. Hæc  
subjecta alio nomine in Scholis inferiora  
dicuntur idea universalis, quoniam  
ipsa respectu eorum est superior, utpo-  
tè generica.

Nota, quod ad hoc, ut idea aliqua 49.  
universalis nuncupetur, sufficiat, si commu-  
nis sit pluribus inferioribus vel actu exis-  
tentibus, vel saltem possibilibus; nec re-  
quiratur, ut illa actu existant: unde  
si e.g. in toto mundo unus tantum ho-  
mo esset residuus, idea tamen hominis  
non minus esset generalis et generica,  
quam si tot homines existerent, ac de facto  
existunt.

Huiusmodi autem idea communis, 57.  
qua attributum aliquod universale com-  
prehendit et exhibet, quintuplius est ra-  
tionis: nam vel genus exhibet, vel speci-  
em, vel differentiam, vel proprium, vel  
denique accidens seu modum.

Genus defini solet, attributum uni- 58.  
versale, quod multis speciebus convenit  
ad questionem factam, quid res est? tan-  
quam pars essentiae communior. e.g. ani-  
mal convenit homini et bellua ad ques-  
tionem factam, quid res est? tanquam pars  
essentiae illorum communior; nam si que-  
rannus, quid sit homo? respondetur, quod  
sit animal, quod est illius genus et pars  
essentiae communior, qua cum bellua  
convenit: bellua quippe non secus ac ho-  
mo est animal.

Ut autem tota rei alicujus essentia  
seu natura explicetur, non tantum pars  
illius communior offerenda est, per quam  
cum multis convenit; sed etiam pars illi-  
us specialior, per quam ab eis discrepat.  
e.g. ut explicetur natura hominis, non  
tantum illi debet animal, in quo cum  
belluis convenit, sed addendum ratio-

50. nis patriceps, in quo ab illis discrepat, saltem  
iuxta Philosophos illos, qui bellus omnem  
rationis et iudicii speciem adiungunt\*.

\* De hac quaestione  
fusius agemus in  
Metaphysica c. 4.  
ubi de anima et  
cognitione bellu-  
rum.

Hinc liquet, quod genus sub se con-  
tineat Species, iisque attribui, seu de iis  
predicari possit: e.g. animal continet  
sub se hominem, Leonem, &c. ita ut  
illis attribui, seu de iis predicari possit.  
Quod vero multa sub se continet, ut  
genus multas Species, et Species multa  
Singularia, id totum potentiale seu  
universale in Scholis vocatur, et a  
Latinis dicitur Omne; partes vero  
sub eo contentae v.g. Species respectu  
generis, et Singularia respectu Spe-  
ciei dicuntur partes Subjectivae, seu  
inferiora.

Huiusmodi autem genus du-  
plex est, Superius nempe, quod  
nulum habet genus supra se, ut Ens,  
Res, vel Substantia, quae nulla ha-  
bent supra se genera: et Subalter-  
num, quod quidem est genus respectu  
inferioris, sed Species respectu superio-  
ris. Sic Spiritus et corpus sunt ge-  
nera, idem quidem respectu Angeli v.g.  
et hominis; istud vero respectu ho-  
minis et belluae; at respectu Subs-  
tantiae, rei et entis sunt Species.

59. Species est attributum seu pra-  
dicatum, quod multis individuis seu  
Singularibus convenit ad quaestionem  
factam, quid res est? tanquam tota

re essentia. Sic v.g. homo est attri- 51.  
butum, quod Socrati, Platoni, et ceteris  
singularibus seu individuis hominibus  
convenit; si enim queras, quid sit  
Socrates? respondetur, quod sit ho-  
mo, id est, compositum quoddam  
ex mente et corpore physice conjunc-  
tis, vel, prout vulgo definitur homo,  
animal rationis particeps, in quo vi-  
delicet tota ipsius essentia consistit.

Ita quidem nomen Speciei  
in Scholis sumitur: at multi exis-  
timant, Speciem universalem, que  
nempe sub se continet individua  
generis potius, quam Speciei habens  
rationem; nam quidquid inferioribus  
sub se contentis convenit, eis-  
que attribuitur, seu de eis predicatur,  
id genus esse intelligitur: hinc Juris  
Interpretes Speciem appellant ge-  
nus, et individuum Speciem; v.g.  
hominem, equum, bovem dicunt  
esse genera; Aristotelem vero et  
Buccephalum vocant Species: unde  
individua vocari possunt Species  
physice, id est, nature quedam  
completa ex genere et differentia  
constantibus; sed tamen dici neque-  
unt Species logice et universales, que  
à Juris Consultis appellantur gene-  
ra, queque nihil aliud sunt, nisi  
idea quedam generales multis indi-  
viduis communes.

52.  
60.

Individuum seu Singulare  
Definitur id, quod sub specie conten-  
tum dividi nequit in plura talia,  
quale ipsum est: ut Plato non po-  
test in duos Platones scari, licet di-  
vidi possit in partes; quare ipse est  
individuum seu singularis, non  
indivisibilis.

61.

Dividitur porro species in Scho-  
lis in subalternam et infimam,  
illa idem est ac genus subalternum  
supra à nobis explicatum; haec au-  
tem ea est, quae immediate sub se  
individua continet: Sic homo est

\* Ab atomo, liquet Species infima, seu, ut Schola lo-  
atome nomen quitur, atoma\*, quoniam immédia-  
græcum signifi- te sub se continet individua, qualia  
cat corpusculum quod ulterius di- sunt v.g. Petrus, Paulus, Joannes,  
vidi non potest et ceteri singulares homines.  
in partes, adeoque 62. Objicitur. Definitio Speciei  
quod est indivisi- modo data non est bona. Ergo nec  
bile. De atomo in Physicâ plu- admittenda. Prob. ant. In eâ Spe-  
ribus agemus. cies dicitur esse attributum, quod  
multis individuis convenit. Atqui  
datur species, quae sub se alias speci-  
es duntaxat continet, non verò in-  
dividua. Ergo malè definitur spe-  
cies, quod sit attributum multis in-  
dividuis seu singularibus conveni-  
ens: adeoque hæc definitio bona esse  
nequit.

Resp. i<sup>o</sup> neg. ant: ad prob. ist.  
min. Et hæc species, quas sub se conti-

net Species illa, quae vocatur Subalterna, <sup>53.</sup>  
sunt respectu illius verè individua, con-  
min. Scius, neg. min. et cons. Species  
illa, quas sub se continet Species subal-  
terna, sunt verè individua, quatenus  
concipiuntur eidem Subjici, sunt enim  
indivisibiles in plura talia, qualia ipsa  
sunt: sic e.g. Homo contentus sub  
animali est indivisibilis in plures  
hominis Species, adeoque in plura  
ejusdem seu rationis, quod est de <sup>4</sup> <sub>24</sub>  
verà ratione individui.

Resp. 2<sup>o</sup>. Nos illam Speciei di-  
visionem in Subalternam et infi-  
mam ad majorem duntaxat eorum,  
quae vulgò in Scholis traduntur, noti-  
tiam retulisse, non quòd eam om-  
niò agnoscamus; nam Speciem  
Subalternam verè genus dicimus,  
neque ullam, si propriè loqui velimus,  
aliam Speciem admittimus, præter  
eam, quae in Scholis infima seu ato-  
ma dicitur, nec non vera individua  
immediate sub se continet.

Differentia generativa est id, <sup>63.</sup>  
quo unum differt ab alio. Discrimen  
autem unius ab alio petitur, vel ab  
attributò essentiali et primario, quòd  
Differentia essentialis et specifica vo-  
catur; vel ab attributò essentiali qui-  
dem, sed secundario duntaxat, quòd  
dicitur proprietas, vel denique ab ali-  
quo attributò accidentario, quòd accu-

54. Dens nunupatur: unde triplex est Diffe-  
rentia ratio; essentialis nempe, pro-  
pria, et accidentalis.

Differentia essentialis et Speci-  
fica, de qua hic agimus, definitur,  
attributum essentialis et primarium,  
quo una species ab alia distinguitur.  
Sive quod respondetur ad questionem  
factam, quale est quid essentialiter?

v.g. Si queratur, qualis sit homo  
essentialiter? respondetur, cum esse  
rationalem, qua est differentia, qua  
a bellis specificè distinguitur. Nam  
iò queri potest, quid sit homo? et res-  
pondetur, quod sit animal, quod ge-  
nus est tum ipsi tum bellis commu-  
ne. Deinde queri potest, quale sit  
animal? et respondetur, rationale,  
qua est differentia, per quam essen-  
tialiter a bellis distinguitur.

Differentia specifica igitur duo  
habet respectus; unum ad genus, quod  
dividit, alterum ad speciem, quam  
constituit. Sic rationale et irra-  
tionale dividunt animal: tum ra-  
tionale constituit hominem, irra-  
tionale vero belluam. Unde Diffe-  
rentia specifica in Scholis dicitur di-  
visiva generis, et constitutiva speciei.  
Hinc patet, quod differentia addat  
aliquid generi sive positivum, sive  
negativum, ac dici potest id, quo spe-  
cies genus superat; nam rationale  
v.g. aliquid positivum addit animali,

estque id, quo homo animal superat: 55.  
Sed irrationale addit tantum negationem  
rationis in bellua; ita ut animal gene-  
ratum non excludat rationem, sed bellua  
eam excludat; potest enim animal ge-  
neratum esse vel rationale, vel ratio-  
nis expert; sed bellua est animal ratio-  
ne destitutum.

Observandum etiam, quod non  
sufficiat semper unica differentia, ut  
una species ab alia discernatur; sed  
aliquando plures congerenda sunt: sic  
circulus dicitur figura plana et rotun-  
da; si enim tantum figura rotunda  
diceretur, non discreparet à Sphæra,  
qua etiam rotunda est; at cum dicitur  
plana et rotunda, ab omnibus  
aliis figuris discernitur. In rebus phy-  
siciis multò plures adhibenda sunt diffe-  
rentia, ut una species ab alia discerna-  
tur; e.g. Si queratur, quid sit au-  
rum? definiendum erit, metallum  
gravissimum, durissimum, quod in  
terris reliquorum metallorum more  
non facessit, quod lapide lydiæ potest  
explorari, &c.

Proprium dicitur generatum, 64.  
attributum essenziale secundarium  
quod alicui species vel omni, vel soli,  
vel omni et soli simul, vel denique  
omni, soli, et semper simul, conve-  
nit.

Ex quo patet quadruplex aspi-  
gnari posse Proprium species alicujus,  
1.° duo soli alicui species convenit,

56. non omni; ut soli homini, inter entia  
Sublunaria, convenit esse Medium, non  
omni. 2<sup>o</sup>. Quod omni Speciei conve-  
nit, non soli; ut omni homini convenit  
habere duos pedes, non soli, cum id etiam  
avis habet commune. 3<sup>o</sup>. Quod omni  
et soli Speciei convenit, sed non semper;  
sic actu sermoinari seu differere om-  
ni et soli homini convenit, non tamen  
semper, sed aliquando durat. 4<sup>o</sup>.  
Denique, quod convenit omni et soli  
aliqui Speciei et semper; sic habere  
sermoinandi facultatem omni et  
soli homini non semper convenit.

5  
25  
Proprium 4<sup>to</sup> hoc modo sum-  
ptum vere et proprie huc nomine Pro-  
prie venit, atque definitur attribu-  
tum essentialis <sup>secundarium</sup> quod aliqui Speciei  
omni et soli semper convenit. sic, ut  
jam dictum, habere sermoinandi et  
differendi facultatem est attributum  
hominis, non primum, quod scilicet  
proprie et vere ac simpliciter essentia-  
le nuncupatur; sed secundarium durat.  
Siquidem habere sermoinandi  
et differendi facultatem non prima-  
rio in idea completa hominis conii-  
pitur, sed secundario tantum, qua-  
tenus videlicet omni et soli humana  
Speciei et semper convenit.

65. Accidens definitur id, quod adest  
et abest sine Subiecti, quod afficit, et  
cui inhaeret, corruptione. v.g. figu-  
ra rotunda potest adesse cerae vel  
ab ea abesse sine illius corruptione;

cogitatio aliqua, puta perceptio, vel 57.  
reconditio potest adesse menti aut ab eâ  
abesse sine ipsius mentis interitu. Corpus  
quidem consistere nequit sine aliqua  
figura generatim, ut mens absque  
aliqua cogitatione stare non posse  
videtur: Sed quemadmodum corpus  
sine hac vel illa figura, ita mens  
absque hac vel illa cogitatione veri  
consistit.

Sunt tamen aliqua accidentia  
seu, ut moderni philosophi loquuntur,  
modi corpori, qui non possunt nisi  
per mentem à suo, cui inhaerent, sub-  
jecto separari, cuiusmodi sunt candor  
respectu cygni, nigredo respectu corvi  
vel Ethiopis. Haec autem accidentia,  
quae inseparabilia vocantur, in hoc à  
propriis seu proprio distinguuntur,  
quod non tantum separari possunt per  
mentem à suis subjectis, sed etiam  
de eis negari; proprium autem tan-  
tum per mentem separari possit à suo  
subjecto, non vero negari. v.g. Nigra-  
do separari potest per mentem ab ho-  
mine Ethiope, et de eo negari salva  
illius essentia; quamvis enim nigredo  
ab eo abesset, non tamen defineret esse  
homo. Sed sermocinandi vis, quae est  
hominis proprietas, separari tantum  
potest ab homine per mentem, dum  
nempe homo sine huiusmodi faul-  
tate, seu abstrahendo ab eâ, intelli-  
gitur; sed non potest de eo negari, cum  
modus sit homo, cui sermocinandi

58. facultas necessario et essentialiter non  
conveniat.

Dividitur in super Accidens in ex-  
trinsecum et in trinsecum; illud est,  
quod extrinsecè Subjectum Denominat,  
et ideo in Scholis Denominatio extrin-  
seca vocatur; ut paries dicitur visus  
à visione, quæ ipsi est extrinseca, ho-  
mo dicitur amatus ab amore, qui ipsi  
extrinsecus est. Intrinsecum di-  
citur illud, quod in ipsa re vel Subje-  
cto recipitur; illudque est vel physi-  
cum, si nempe Subjectum suum phy-  
sicè afficiat, ut reuerentia sunt  
reuerentia, amor, p. respectu mentis;  
certa magnitudo, motus, quies, latus,  
et figura respectu corporis: vel me-  
taphysicum, si Subjectum suum Deno-  
minat tantum, non verò physicè afficiat,  
qualis est relatio, oppositio, p.

Dividitur denique Accidens  
in absolutum, quod pertinet ad Subje-  
tum aliquod absolute spectatum, sive  
quatenus ab omni alio solutum est; qua-  
lis est motus vel latus respectu corporis:  
et in relativum, quod ad Subjectum  
aliquod pertinet comparatè ad aliud;  
ut similitudo, aequalitas, p. Nam  
aliquid est simile alteri, aequale alte-  
ri, p.

Nota, Substantiam alteri cir-  
cumpositam etiam dici posse acciden-  
tariam respectu illius, non tamen acci-  
dens aut modum. V.g. Vestis est homi-

ni accidentaria, nam ad illius natu- 59.  
ram vel essentiam non pertinet; non  
tamen est modus hominis; verum sta-  
tus hominis vestiti dici potest illius mo-  
dus; etenim diverso modo se habet cum  
nudus est, et cum vestibus est indutus.

Ex his omnibus constat accidens  
sive modum merito universalibus ideis  
accideri, atque sub hoc respectu defi-  
niri posse, attributum universale,  
quod multis subjectis contingenter  
convenire potest, non necessario: sic  
rotunditas marmoris, ligno, cera,  
aliisque corporibus accidit contin-  
genter, non necessario.

Capitulum 4<sup>um</sup>

De Idearum claritate et  
distinctione, earumque obs-  
curitate et confusione.

Nihil profecto magis utile et  
necessarium circa ideas in Logica vi-  
detur, quam in illarum claritatem  
et distinctionem inquirere, utpote  
sine qua iudicia nostra et ratio-  
nationes respicere omnino ac titubare  
necepe est. Etenimvero si obscuras  
tantum confusasque rerum ideas ha-  
buerimus, quomodo a falsis iudiciis et  
rationationibus, hoc est, a conjun-  
gendis dissidentibus ideis, et iis, qua  
consentanea sunt separandis cavere  
valebimus? Unde omni cura et di-  
ligentia idea clara et distincta ab  
obscuris et confusis sunt discernenda.  
Quod presenti Capite prestare conabimur.

6  
26

66.

66.  
67.

Cartesius part. i. princip. Philosoph.  
n. 45. Ideam claram vocat illam, quae  
menti attendenti praesens est et aperta,  
quaeque huc per se se, ac sola mentis atten-  
tionem immotetur: Sicut ea clare nos vi-  
dere dicimus, quae intuenti oculo nostro  
praesentia satis fortiter et aperte illum  
moverent; quales sunt idea entis genera-  
lim praecipuorumque illius attributo-  
rum, idea extensionis, &c.

68.

Distinctam vero ideam vocat  
illam, quae cum clara jam sit, ita ab  
omnibus aliis est sejuncta et praecisa,  
ut nihil plane aliud, quam quod in se  
clarum est, contineat, adeoque quae  
quidpiam ab omnibus aliis rebus ita  
sejunctum exhibet, ut minime cum  
his confundi possit. Hujusmodi idea  
clara et distincta est idea mentis  
seu substantiae cogitantis, ut pote quae  
cum alia sibi et corporis seu substan-  
tiae in longum, latum et profundum en-  
tensae et impenetrabilis minime con-  
fundi potest.

69.

Idea autem obscura ea dicitur,  
quae menti attendenti non statim li-  
quidè apparet: Sic idea modi, quo  
corpus et mens inter se conjunguntur  
in homine, non statim menti nostrae  
conspicua est; nam non statim per-  
cipimus, quo pacto fieri possit, ut oca-  
sione motuum corporis humani qua-  
dam in mente cogitationes excitentur,  
et vicissim quaedam mentis cogitatio-  
nes certi quidam corporis motus excipi-

ant. Hanc tamen conjunctionem Deo pos-  
sibilem fuisse facile intelligimus, et re-  
vera ab eo factam fuisse experientia quo-  
tidiana habemus, et intimo sensu per-  
cipimus.

Confusa denique idea juxta Carte-  
70.  
sium est ea, qua multa simul per-  
mixta; cujusmodi sunt idea seu per-  
ceptiones qualitatum sensibilium,  
puta caloris, frigoris, &c. cum eas qua-  
litates omnino similes in Subjectis sen-  
sibilibus, ut in nobis, esse putamus,  
quamvis utrobique sint omnino disti-  
miles.

Ergo juxta mentem Cartesii  
alia est idea clara, alia distincta,  
alia obscura, et confusa alia; haec  
distincta opponitur, obscura vero  
clara; et quamvis omnis distincta  
idea eo ipso clara sit, non tamen prop-  
terea omnis clara idea distincta dici  
debet, ac vicissim idea illa quae con-  
fusa est simul et obscura esse perhi-  
betur, non tamen quae obscura est, sem-  
per confusa erit.

Haec exemplis illustrantur: Sic  
ergo doloris idea seu perceptio, quae ex  
manus v.g. lesione mentem nostram  
afficit, quia fortiter et aperte nos ferit,  
clara dici potest, est tamen confusa,  
ac proinde minimè distincta, quia do-  
lorem nobis exhibet tanquam manui  
inherentem, qui tamen re vera non  
nisi in mente nostra est. Sic etiam  
idea, seu perceptio morbi, quo corpus

62. et mens inter se in homine conjunguntur, obscura dicitur, non tamen confusa, quoniam nihil simul permiscet; at vero idea seu perceptio doloris tanquam in manu, qui re vera est in mente nostra, confusa nuncupatur, quia dolorem illum mentis cum manu permiscet; quamvis etiam obscura sit, prout patet. Unde sicut idea distincta simul clara est, non tamen vicissim clara etiam simul distincta est; sic etiam omnis idea seu perceptio confusa obscura simul dici debet, non tamen vicissim obscura semper est confusa. Ista quidem iuxta Cartesianum idearum seu perceptionum distinctio.

71. Alii duplicem tantum percipiendi rationem distinguunt: scilicet per ideam, et per sensum intimum seu conscientiam. Mens nostra, inquirunt, per ideam cognoscit, quaecunque clare et distincte ipsi exhibentur; qua ratione cognoscit Deum, quatenus ipsi praesens est, ipsamque illuminat; extensionem generatim, et illius affectiones, puta figuram, motum, quietem, &c. At per sensum duntaxat intimum et confusum, et se et has modificationes, puta dolorem, gaudium suum, &c. percipit; etenim ignorat, aut profecto clare non videt, quo pacto in se ipsa disponi debeat, ut hoc vel illo modo, puta dolore vel gaudio, afficiatur; sed tantum intimo sensu

Sibi consua est se dolere, gaudere, &c. 63.  
Quamobrem, iuxta horum sententiam,  
omnis idea clara est distincta, nulla con-  
fusa aut obscura: claritas enim omni  
idea convenit, et oritur ab ideo distincte  
tione; obscuritas vero in sensu intimo et  
confuso reperitur.

Quod nos spectat, arbitramur, 72.  
omnem ideam seu perceptionem for-  
malem semper esse distinctam adeoque  
claram: sic dum percipitur calor, per-  
ceptio formalis seu sensio vel sensatio  
caloris clara est, quia distincta et ab om-  
nibus aliis sensationibus secreta: per-  
ceptionem vero objectivam posse esse  
confusam, adeoque obscuram; nam  
cum quidpiam in igne concipitur ejus-  
dem rationis ac in sensu nostro, id obscu-  
rum est, quia confusum. Nulla ergo  
videtur collocanda distinctio inter ide-  
am claram et distinctam, sicut et neque  
inter obscuram et confusam; quae enim  
clara, ipsa et distincta, et quae obscu-  
ra simul etiam confusa esse dignoscitur.

Hic ergo quaerendum, quoniam  
idea seu perceptiones clarae sint et  
distincta, quoniam vero obscura et  
confusa; quod exemplis facilius, quam  
alia quavis ratione assequi poterimus.  
Itaque texenda est nobis series aliqua  
idearum clararum et distinctarum, ut  
et obscurarum et confusarum.

Primo igitur, maximè clara est 73.  
idea, quam mens habet sui ipsius tan-  
quam substantia cogitantis; item

64. idea omnium cogitationis specierum, puta perceptionis, iudicii, ratiocinationis, desiderii, amoris, odii, &c. Similiter extensionem et impenetrabilitatem, seu corpus generativum tanquam substantiam naturaliter extensam et impenetrabilem; ipsius affectiones, magnitudinem, motum, quietem, situm et figuram omnes clarè percipiunt.

Clarè etiam percipimus ens generativum, essentiam, existentiam, durationem, ordinem, numerum, relationem, et cetera tum entis tum modi entis generalia attributa seu predicata; dummodo durationem seu tempus, ordinem, relationem et numerum quasi quòdam entia vel entitates à rebus ipsis non distinguamus: Duratio quippe nihil aliud est, quam res ipsa, quae permanet et durat; et sic de ceteris.

Possumus etiam dicere ideam Dei claram esse uno sensu, quamvis alio obscura sit et imperfectissima. Clara est, quia sufficit ad magnum attributorum numerum detegendum, quo certissime et clarissime sumus nulli alii quam Deo convenire; sed obscura est respectu illius ideae, quam Beati in coelo de eo habent. Imperfecta verò, quia mens nostra finita cum sit, non nisi imperfectissime ens infinitum concipit.

74. Quod obscuras et confusas ideas attinet, illae sunt, quas habemus qualitatum sensibilium, v.g. colorum,

Sonorum, odorum, saporis, frigoris, caloris, gravitatis, uti et appetitus nostri, puta famis, sitis, doloris, &c.

Prejudicia, quibus ab infantia nostram imbuti sumus causa harum idearum obscuritatis merito dici possunt; cum enim infantes prius fuerimus, quam vivi, resque externa in nos agentes varias in mente nostram ideas et sensus excitaverint ope impressionum, quibus corpora nostra afficiebant; Mens nostra advertens hos sensus in se ipsa proter suam voluntatem excitari a quibusdam corporibus, ut sensum caloris ab igne; non modo censuit, et quidem optime, hos sensus ab externis quibusdam rebus effici; sed ulterius progressa, arbitrata est, ineptam quidem, in iis rebus esse quidpiam simile sensationibus vel ideis, quas in ipsa excitaverunt et effecerunt. Inde fabricata est sibi ideas, atque ipsum s. g. caloris sensum transtulit in res que extra semetipsam sunt; sic quia ignis e. g. caloris sensum in suo corpore excitavit et effecit, iudicavit calorem illum in suo corpore excitatum etiam esse in igne, cum tamen in illo, proter celerissimam minutissimorum perturbato ordine erumpentium corpusculorum, que in se ipsis nec calida sunt, nec frigida, agitationem, nihil sit.

Obscure et confuse huiusmodi qualitatum sensibilium idea ortum inde duxisse videntur, quod mens

66. falsa sua præjudicia iis, quæ à naturâ di-  
dicit, admisuerit. Inde etiam factum,  
quod quamvis calorem igni attribue-  
rimus, tamen ustione seu dolore,  
quo propius ad ignem accedentes tor-  
quemur, cum privaverimus, negan-  
tes ignem dolore affici, cum tamen  
ustio ab ipso calore proveniat, nec ab  
illo distinguatur, nisi quod ipso sit  
arrior.

Verum quamvis rectè iudicemus  
dolorem igni manuum adurenti non  
esse tribuendum, in aliis tamen errore  
versamur, atque illum manui, quam  
ignis urit, inepte arbitramur, cum ta-  
men non nisi menti insit. Equidem  
verum est, idem in mente excitari per  
ea, quæ in manu fiunt, quia carnis  
dolor nihil aliud est, quam concepta  
mentis offensio ob excitatos quosdam in  
carne motus naturali corporis tempe-  
ramento contrarios; Dolores, inquit

\* lib. 14. de civ. Dei S. Augustinus\*, qui dicuntur carnis, ani-  
ma sunt in carne et ex carne: nam

dolor carnis tantummodo offensio est  
anime, et quædam ab eius passione dis-  
sensio; sicut anima dolor, qui tristi-  
tia unncupatur, dissensio est ab iis re-  
bus, quæ nobis dolentibus accidunt. Et

\* lib. De genesi alibi\*, Cum anima, inquit, afflictio-  
nes corporis molestè sentit, actionem  
suam, quæ illi regendo adest, turbato  
eius temperamento, impediri offendi-  
tur, et hoc offensio dolor dicitur.  
Profectò dolorem, qui dolor corporis

numupatur, ad animam pertinere, non 67.  
ad corpus, patet ex eo, quod illa, quae no-  
bis cogitantibus dolorem inferunt, ne  
laedant quidem, cum mens vehementi  
applicatione alio distrahitur, prout  
quotidiana docet experientia.

Notandum praeterea, indebitam  
manus affectionem seu dispositionem,  
motumque ab unctione in illa exita-  
tum proprie et immediate dolorem  
anime non inferre, sed oportere, ut  
motus iste cerebro communicetur  
per filamenta quaedam nervis tan-  
quam tubulis inclusa, quae fudium  
sive funiculorum instar à cerebro  
usque ad manus ceteraque corporis  
membra extenduntur; ita ut moveri  
nequaquam possint, nisi etiam pars  
illa cerebri à qua ortum ducunt, si-  
mul moveatur. Inapropter si quid  
obest, quominus haec nervorum fila-  
menta motum suum cerebro commu-  
nicent, ut fit in paralyti, absque om-  
ni doloris sensu quis ferrum patietur  
et ignem; cum è contrà, quod tamen  
mirum videtur, manus illi dolere  
poterit, qui se ipsa manu caret; quem-  
admodum sapissime iis accidit, qui-  
bus manus est amputata; quia, si ner-  
vorum filamenta à manu ad cerebrum  
protensa propè cubitum, ubi, abripta  
sicut jam manu, terminantur, mo-  
veri contingat, possunt illam cerebri  
partem, cui abigantur, eodem mo-

Prima II  
29

68. Idē movere, quo eam moverent, si ad manus usque descenderent; sicuti aliqua funiculi alicujus extremitas potest eodem modo moveri, si per medium trahatur, ac si per alteram extremitatem traheretur. Sicque anima eundem dolorem sentiret perinde ac si adhuc manum haberet; ad eum enim locum anima attentionem suam dirigit, à quo ille cerebri motus animam sensu doloris afficiens proficisci solebat.

76. Inde etiam intelligimus, fieri posse, ut anima à corpore separata igne inferni vel purgatorii torqueatur, imò eundem dolorem sentiat, quo quis afficitur, cum admotò igne uritur; quia etiam tunc, quando corpori conjuncta erat ipsa cruciabitur non corpus; dolor quoque nihil aliud erat, quam quaedam animi tristitia, quā affligebatur, ob ea, quae in corpore, cui à Deo colligata erat, agebantur. Quid ergò obest, quominus conijciamus, divinam justitiam posse aliquam materiam animae separate ita accommodare et conjungere, ut perniciosissimus partium illius perturbatò ordine agitatarum motus in eà molestas cogitationes excitare valeat, quemadmodum indebitus corporis seu partium corporis illius, cui in hac vitā conjuncta est, motus hujusmodi molestas et tristitia cogitatio-

nes in eâ exultat et proveat?

69.

Verum ut de confusis et obsuris 77.  
ideis quâdam adhuc disseramus, idea  
gravitatis, quæ tam clara videtur,  
non minus confusa est et obscura ac  
eæ, quas proximum recensuimus. Cum  
enim ab infantia nostrâ viderimus  
lapides aliâque similia corpora, quam-  
proximum à nobis dimissa fuisset, ver-  
sus terram cadere et ferri, nihilque  
creverimus, à quo propellerentur, ju-  
dicavimus, ipsa vi propria et intrin-  
seca deorsum ferri, non verò ab alio  
corpore propelli, huicque idea con-  
fusa, quam sola nostra præjudicia  
efformaverunt, gravitatis nomen  
assignavimus. At contra cum  
videbamus paleam versus Succiinum,  
ferrumque et calybem versus ma-  
gnetem ferri, aliter judicia nostra de  
eis efformavimus, quam de corporibus,  
quæ terram versus feruntur, effor-  
maverimus: Succiino et magneti  
qualitates ignotas deputavimus,  
quarum ope paleam, et ferrum  
vel calybem ad se trahere aserui-  
mus, quas id eo qualitates attracti-  
vas nuncupare nobis placuit; cum  
tamen pari jure eademque ratione  
aperere possimus, vel paleam et  
ferrum vi propria et intrinseca ad  
Succiinum et magnetem ferri, quem-

\* creverimus idem ac  
viderimus.

70. admodum lapidem in terram ferri  
judicavimus; vel terra inesse vim  
lapidis attractivam, prout Lucino  
et magneti inesse respectu paleae  
et ferri seu calybis censuimus; cum  
utrobique nihil videamus, quod  
paleam versus Lucinum, et ferrum  
versus magnetem, necnon lapidem  
versus terram propellat.

78. His etiam infantie nostrae  
praepudiciis acceptas debemus ideas  
illas, quae nobis res graves et duras  
exhibent levibus et raris solidiores,  
necnon plus materia, quam illae ha-  
beant, continentes: hinc vas aurum  
plenum credimus plus materia ha-  
bere, quam si aëre oppletum esset.  
Haec aliunde non proveniunt, quam  
quod soliti fuerimus de omnibus ex-  
trinsecis rebus ex illarum in nos ac-  
tionibus judicare: hinc cum cor-  
pora dura et gravia fortius in nos  
egerint, quam levia et rara, illa  
his plus materia continere judica-  
vimus; sed falso: enimvero vas cu-  
bicum pedale e.g. non plus materia  
continet aurum repletum, quam si  
aëre repleatur; aërem enim aequè  
materialis est ac aurum.

Latius hinc in enumerandis  
variis idearum confusarum et  
obscurarum, quae ineptorum ju-  
dicatorum sunt occasiones, speciebus  
excurrere possemus, verum haec

De iis dixisse sufficiat, quippe ex 71.  
quibus cetera facile dignosci possunt,  
utpotè quæ similes causas et origi-  
nes habeant?

Huius autem mali unicum 79.  
istud est remedium, si nempe om-  
nia omnino infantia et pueritia nos-  
tra præjudicia deponentes in poste-  
rum nihil asseramus, nisi quod præ-  
missò diligenti examine clarè et  
distinctè perceperimus in rei aliu-  
jus ideâ contineri: enimverò hæc ra-  
tione illas dumtaxat ideâs habebi-  
mus, quas natura nobis impressit;  
vel saltem ex obsuris et confusis  
eas, quæ claræ tantum sunt, in nos-  
tros usus servabimus: ut e.g. esse  
aliquid in igne, quod in causâ est,  
ut calorem sentiamus: Omnia, quæ  
gravia nunquam, ab aliquâ re  
deorsum propelli; nihil asserentes  
de eo, quod igni inest, neque gravi-  
um descendendum causâ, prius-  
quam aliquid clarum certumque  
de illis nobis constiterit.

Huc etiam referri possunt Aris. 80.  
totelis Categoria, ut potè, quæ, si  
vulgaribus Philosophis fides, ad cla-  
ritatem et distinctionem idearum  
sunt instituta, ne videlicet ens  
cum modo entis seu accidentis con-  
fundatur; vel mens nostra res  
spirituales imaginetur, aut rebus  
corporeis affectiones spirituales per-  
peram tribuat. Cumque duplex

72. Sit Categoriarum typus, Aristotelis  
Scilicet et aliorum, recentiorum nem-  
pe, Philosophorum; utrumque  
breuiter nobis esse exponendum cen-  
semus. Sit igitur

81.

Caput 5<sup>um</sup>

De Categoriis tum Aristo-  
telis tum aliorum Philoso-  
phorum.

Categoriarum vocem à forō  
\*Lyceum olim, ut in Lyceum\* inuestam fuisse plerique  
Gausarias refert, Apol- opinantur: nam ex voce græcā  
linis Templum à Lyco κατηγορέω, quod est accuso Iuxta  
Bandionis filio Athe- est, hinc κατηγορία accusationem  
nis extructum. at est, proprie significat; quod nomen ad  
vult Suidas, fuisse certam seriem generum et speciesum,  
collegium à Pisistrato, ut à Pericle  
fundatum, forte ab quo sub uno supremo genere continen-  
uno inceptum. et ab tur, designandam satis commode trans-  
altero finitum: eo latum putant, eoquod predicata su-  
in loco scholam ha- periora eorum, quæ illis subijciun-  
buit Aristoteles, tur, naturam aperiant et declarent,  
unde ipsius Philoso- seu accuset: hinc categoria apud  
phia Lycei Philoso- Logicos est ipsa predicatio seu attribu-  
phia dicta est p. tio, vel, ut vertit Boëtius, predica-  
mentum.

Categoria igitur vulgò defini-  
untur, suprema quædam genera, seu  
claves vel capita, in quibus omnia  
substantia singularis attributa seu  
predicata continentur, et ad quæ pro-  
inde, quæcumque mente conijci aut  
verbis exprimi possunt, referuntur.

Decem enumerat Aristoteles,

ad quarum primam omnes Substantias 73.  
retrahit, ad reliquas vero novem omnia  
evidentia seu modos hoc ordine:

Prima igitur est Substantia,  
qua dicitur ens per se Subsistens; ea-  
que vel est corporea vel incorporea;  
corporea constituit corpus; in-  
corporea repugnat corpori. tum  
corpus vel animatum est, vel inani-  
matum, p.

Secunda est Quantitas, que  
iuxta Aristotelem et Peripateticos  
est evidens seu modus, atque defi-  
nitur, mensura Substantie seu mo-  
dius magnitudinis, sive id, quod res-  
pondetur ad questionem factam  
quanta, vel quotuplex sit res?

Dividi solet generali Divisio-  
ne in continuum et discretum; pri-  
or est ea, cujus partes sunt conjun-  
ctae, estque extensio. Discreta  
vero est, cujus partes sunt sejunctae,  
estque numerus, seu multitudo.

Rursus continua dividitur  
in successivam et permanentem: Suc-  
cessivam vocant eam, cujus partes  
sunt in perpetuo fluxu; eaque pec-  
tatur tum in motu, tum in tempore.  
Permanentis est ea, cujus partes si-  
mul existunt, non successive: hec  
triplex est, linea sibi et, Super-  
ficies, et Solidum. Linea est exten-  
sio in longum tantum, non quod  
extat aliqua longitudo sine lati-

3  
31

74. tudine et profunditate, sed quod spectari possit longitudo corporis absque illius latitudine et profunditate, ut quis metiri potest altitudinem turris alius, nulla habita ratione ipsius latitudinis, aut profunditatis.

Superficies est extensio in longum et latum tantum: nam spectari potest longitudo et latitudo corporis separatim à profunditate, ut Agricensor longitudinem et latitudinem agri considerat, profunditatem vero negligit.

Solidum denique est extensio in longum, latum, et profundum, nulla habita ratione qualitatum physicarum et sensibilium, qua corpori insunt; ut cum quis Jolii capacitatem metitur, nulla habita ratione materiae sensibilis in eo contenta, ita ut minimè curet, an aëre, an aqua, an oleo vel vino sit plenum.

Tertia est Qualitas, quae definitur id, quò denominamur quales, atque suo ambitu continet omne id, quò respondetur ad quæstionem factam, qualis res sit? Sive est id, quo res qualibet est talis aut essentialiter aut accidentaliter. v.g. Mens dicitur spiritalis per spiritalitatem, Nix alba per albedinem, &c. Qualitas igitur non tantum omnia accidentia seu modos complectitur, sed ad essentiam rei etiam spectat: nam si queratur v.g. qualis sit Deus? res-

pondetur, Omnipotens, necessario existens, 75.  
Q. Si quaeratur qualis sit homo? res-  
pondetur rationis particeps. Qualis  
sit circulus? rotundus, p. quae sunt at-  
tributa Deo, homini, et circulo essen-  
tialia. Hic autem Qualitas sumi-  
tur ab Aristotele, quatenus aliquid  
rei seu substantiae accidentarium signi-  
ficat; atque hac ratione continet in  
se relationem, actionem, passionem,  
situm, motum, et si qui sint alii id  
genus modi; necnon ab eo in quatuor  
species bimbres distribuitur, scilicet  
in Habitum et Dispositionem; Nat-  
uralem Potentiam et Impotentiam;  
Patibilem Qualitatem, et Passionem;  
Formam, et Figuram.

Habitus est facilitas quadam  
seu propensio ad aliquid agendum usu  
et exercitatione comparata; unde  
idem effatur, Habitus est altera na-  
tura. Huiusmodi autem sunt Scien-  
tia, virtutes, vitia, artes, p. Si ha-  
bitus parum est confirmatus, Disposi-  
tio duntaxat ab Aristotele vocatur.

Naturalis Potentia est vis à  
natura rebus insita ad agendum vel  
patiendum, v.g. ad intelligendum vel  
volendum, p. Si potentia sit infirma,  
dicitur ab eodem Aristotele Impo-  
tentia, id est, imbecillitas. Sic visus,  
quoniam in iuvene vegetus est, voca-  
tur potentia, quia vero debilior est  
in senē, impotentia seu imbecillitas  
seu imbecillitas. Tales na-

70. turales potentia et impotentia sunt facultates animi et corporis, ut intellectus, voluntas, memoria, quinque sensus, facultas ambulandi, sedendi, p.

Patibilis qualitas est dispositio in quolibet re, qua sensum aliquem afficere potest. Tales sunt durities, molities, gravitas, frigus, calor, colores, soni, odores, sapor, p. Passio autem est affectio vel dispositio, quam patibilis qualitas in nobis efficit; cuiusmodi sunt dolor ex ictu, pudor ex metu, rubor ex pudore, p.

Figura est externus corporis terminus, ut rotunditas respectu globi: in hoc à Peripateticis distinguitur à formâ, quod figura ad res artificiales pertineat v.g. ad pileum; forma vero ad naturales, puta ad hominem, arborem, p. Sed cavendum, ne discrimen istud perperam ac ridiculè adhibeatur; cum soepe figura de rebus naturalibus, forma de artificis dicatur, ut forma pilei. Itaque habenda est hæc usûs ratio, et cum peritis loquendum, ac modo formæ, modo

\* Hanc præclaram figura nomine cum cæteris utendum. Aristotelicam figura et formam distinctionem merito videt celebris ille Comœdus Gallus Mollium, Heri ad Seruum, Regis ad Sublicius in Comœdia, Diturum, Potentia ad objectum, Visus ad visibile; quibus addi possunt omnia, que comparationem ad se

se invicem denotant, ut esse simile, 77 <sup>quendam exoticus</sup>  
aeguale, majus, minus, p. <sup>Philosophiae Magister</sup>  
tem nudum esse neque modus entis in- <sup>serio et gravi vultu</sup>  
veniatur, in quo non sit aut esse possit <sup>monet, ut in posterum</sup>  
aliquis ordo vel respectus ad aliquid aliud <sup>caveat, ne de pileo ser-</sup>  
hinc relatio est potius terminus trans- <sup>monem faciens consueta</sup>  
cendens, quam categoria quaedam à <sup>apud vulgus dictione</sup>  
ceteris distincta, ut pote quas omnes <sup>formam pilei dicat,</sup>  
pervagatur et transcendit. <sup>sed figuram vocitet,</sup>

Quinta categoria est actio, qua <sup>quoniam, inquit, iuxta</sup>  
in Scholis dicitur, actus agentis, qua <sup>Aristotelem non forma</sup>  
tenus est agens. Dupliciter spectatur <sup>sed figura pilei dici</sup>  
vel in se; ut ambulare, saltare, hirc, <sup>debet.</sup>  
amare, p. vel extra se; ut percutere,  
secare, frangere, manifestare, calefa-  
cere, p.

Sexta est passio, diciturque  
actus agentis in patiente receptus;  
ut percuti, frangi, manifestari, cale-  
fieri, p. utraque haec categoria uni-  
o hoc exemplo concluditur, calefa-  
tio v.g. respectu ignis calefacientis est  
actio, et respectu manus calefacta est  
passio, qua passio vix discrepat ab a-  
quam inter species qualitatis tertio  
loco recenset Aristoteles.

Septima dicitur ubi, qua est  
relatio rei locata ad locum, et qua res-  
pondemus ad questionem de loco; ut,  
est Roma, Vienna, Parisius, in Mu-  
seo, in lecto, p.

Octava dicitur quando qua  
est relatio rei durantis ad tempus, cum  
siliet respondemus questionibus  
de tempore; ut, quando vivit? contum  
ab hinc annis? quando hoc factum

78. est? heri. Quando Sacer. Ordo S. P. Bene-  
dicti prodit? mille Inuentis abhinc  
annis.

Nona dicitur Situs, et est dis-  
positio partium corporis; ut, Sedere,  
Stare, Decumbere, esse antè, à tergo,  
à dextris, à sinistris.

Decima denique nuncupatur  
Habitus, estque corpus quoddam al-  
teri corpori circumpositum, ut, toga,  
pileus, calceus, omniaque vestimenta,  
aut ornamenta; quae quidem, quam-  
vis in se ipsis substantia quaedam sint,  
tamen respectu corporis cui circumpo-  
nuntur, accidentia seu modi aut po-  
tius accidentaria nuncupari possunt.

Has Decem Aristotelis Catego-  
rias sequenti disticho exponere solent  
Peripatetici.

Arbor	Sex	Servos	Ar-
Substantia,	Quantitas,	Relatio,	qua-
lore	refrigerat	ustos.	
litas,	Altio,	Caprio,	
Ruri	cras	Habo,	nec tunicatus
Ubi,	quando,	Situs,	Habitus.
ero.			

82

Verum recentiores Philosophi,  
iis contemptis, ut potè quae ex viri  
aliquis imaginatione prodierint,  
penes quem jus nullum fuit ad leges  
aliis praescribendas Philosophis, et qua-  
rum pleraque crepundia redolent;  
alias numero Septem duntaxat com-  
minisuntur, quae omnia, sive  
entia sive modos seu accidentia con-  
tineri volunt, hae duobus ver-

libus comprehensas et definitas. 79.

Mens, <sup>Mensura</sup>, Quies,  
Substantia cogitans, <sup>Quantitas</sup>, Quies,  
Motus, <sup>Positura</sup>, <sup>Fi-</sup>  
motus, <sup>Partium ad invicem Situs</sup>, <sup>Seu</sup>  
gura,  
forma,

Sunt cum Materia cunctarum ex-  
Materia seu Corpus.  
ordia rerum.

Nam, inquirunt, quidquid ani-  
mò percipimus, id vel est ens, vel  
modus, seu qualitas aut affectio en-  
tis. Ens autem seu res, vel Subs-  
tantia: nam hæc tria nomina idem  
omnino apud ipsos significant: vel  
est cogitans, et dicitur Mens seu  
Spiritus; vel est extensa et impene-  
trabilis, et Corpus vocatur.

Rursus Mens seu Spiritus vel  
est Summè perfectus, et proinde in-  
creatus, et est Deus; vel est creatus,  
nec Summè perfectus; tuncque aut  
corpori non est destinatus, et est  
Angelus; aut corpori destinatus, et  
est mens humana, quæ vel non est  
juncta corpori, ut anima post mor-  
tem; vel juncta corpori, et homi-  
nem constituit.

Itidem Corpus vel est vitæ ex-  
pers, ut coelum et elementa, vel est  
vitæ præditum; quod iterum vel  
viam progrediendi habet ut animal,  
vel eâ caret, ut planta. Animal  
autem vel est perfectè ratione præ-  
ditum, et efficit hominem, vel eâ

80. caret, vel saltem valde imperfecta prædi-  
tum est, et dicitur bedua.

Quod Modos attinet, ii Similiter  
vel Spirituales sunt, vel corporis, id  
ad Substantiam spiritalem, hi ad cor-  
poris referuntur.

Modi Substantia Spirituales sunt  
varia cogitationes, puta, varia percep-  
tiones vel intima sensationes intellec-  
tus, et varia inclinationes voluntatis,  
ut amor, odium, &c.

Modi corporis sunt quintupli-  
cis generis, scilicet Quantitas, seu de-  
terminata magnitudo, figura, mo-  
tus, quies et situs partium.

1<sup>o</sup> Quantitas, seu determinata  
magnitudo corporis, est modus seu  
mensura ipsius Substantia corporis;  
quia, remanente eadem ipsius specie,  
aut natura, mutari potest quanti-  
tas, sive magnitudinis modus: v.g.  
eadem aqua natura remanet, sive  
spectetur in Oceanò, sive in palude,  
sive in Stagnò, vel in exiguo vase.

2<sup>o</sup> Figura, sive exterior cor-  
poris terminus, variari potest, salva  
et inolumi remanente rei essentia;  
ut patet in cera, quae, sine essentia-  
li mutatione, varias figuras induere  
potest. Intima tamen tenuissima-  
rum corporis particularum disposi-  
tio, quae configuratio dicitur, ad  
corporum naturam seu statum na-  
turalem spectat: v.g. cera naturali-  
ter quandam requirit intimam par-

tricularum configurationem, ut ce-<sup>81.</sup>  
re speciem tueatur.

3<sup>o</sup>. Motus seu translatio corporis à loco in locum est accidens vel modus corporis, sine quo remanere potest corpus. Est tamen aliquis motus certis quibusdam corporibus essentialis, v.g. igni: nam ignis sine partium motu esse non potest.

4<sup>o</sup>. Quies, sive corporis perman-  
sis in eodem loco, est corpori acciden-  
talis; quia corpus, quod quiescit, po-  
test ad motum excitari.

5<sup>o</sup>. Denique, Situs aliquis par-  
tium est corpori accidentarius, prout  
animali accidentarium est jacere, sta-  
re, &c. Nihilominus tenuissimarum  
particularum situs aut textura, sive  
intima dispositio partium certo et  
determinato corpori est essentialis,  
v.g. certus partium situs requiritur  
in cera, ut cera sit, et ab aliis corpo-  
ribus discernatur: si enim in furnum  
solvatur, jam non amplius cera erit,  
sed aliquid aliud.

Haec sunt tum Aristotelis tum <sup>83.</sup>  
recentiorum Philosophorum Catego-  
riae, quae in duabus tabulis ad cal-  
cem hujus nostrae Logicae exhiben-  
tur; quarum prima Aristotelis Ca-  
tegorias exhibet, atque vulgò, ab ejus  
auctore Porphyrio, Arbor Porphyria-  
na nuncupatur: altera verò seriem  
entium ad recentiorum Philosopho-  
rum mentem exhibet. In qua  
observandum venit, quod in Arbore

\* Porphyrius celeberrimus  
Philosophus eclecti-  
cus, id est, ex illo-  
rum Philosophorum  
secta, qui nulli sectae  
addicti ex omnibus,

82. Porphyriana minimè tamen exprimitur, qua sibi meliora videbantur, eligebant ac tuebantur, nati- ne Judaeus Tyri in Phoeniciam ad medium aliquod ex utraque natura natus, perhibetur an. Chr. 233. Imperii Severi Alexandri 10mo Christianus, factus magistros habuit Alexandria Origene, et Longinum Roma, verò Ploti- num; postea ad gentium defecit, ac Ethnicus factus 15. libris Christianam Religionem dire in- sectatus est, quem refutavit Methodius Batarensis Tyri Episcopus. mortuus dicitur Porphyrius sub finem Imperii Diocletiani Imperato- ris, p.

\* lib. 9. de fine bono- rum et malorum.

scilicet utramque naturam, spirita- lem et corpoream ad hominem, tan- quam ad medium aliquod ex utraque natura constans, terminari; nec ullum proprie genus proximum esse respectu tantiam constantem ex mente et cor- pore physice conjunctis; id est, ea lege ut mentis cogitationes et corporis affe- ctiones seu motus sibi mutuo præbe- ant occasionem.

Cum dicitur constans ex mente Discrimen ipsius à corporibus stabili- tur; et cum additur ex corpore illius ab Angelis differentia assignatur. Nam cum corpus dicitur esse illius genus, id quidem concedi potest, si compare- tur cum reliquis corporibus, sed per hoc ipsum à Spiritibus discrepat. Vi- cissim si Mens appetetur, id ipsi cum Spiritibus commune est; sed per hoc differt à rebus plane corpo- reis: unde nullum genus ipsi proprie attribui potest præter Substanti- am per quam cum omnibus omni- no entibus convenit: nulla quoque ei assignari potest completa differen- tia, per quam ab omnibus propriis entibus aliis tum corporeis tum spi- ritualibus secernatur, nisi utram- que naturam tum spiritalem, tum corpoream participare affirmetur; ut optime notat Iudius his verbis: Best- pium est, hominem ex corpore et animo constare, cum prima sint animi partes,

Secunda corporis. Porphyrius ergo 83.  
 merito castigandus venit, non modo quia  
 nullam in suo Schemate seu arbores re-  
 rum spiritualium mentionem facit;  
 nec non differentias ex una tantum  
 partes positivas, ex altera vero negati-  
 vas et indeterminatas afferat, cuiusmo-  
 di sunt incorporeum, insensitivum &c.  
 Verum etiam maxime, quod homi-  
 nem sub corpore tanquam sub genere  
 collocet, cum perinde, imo rationabi-  
 lius, contineri possit sub mente, nec  
 minori, imo fortiori jure dicatur  
Mens quam corpus: Homo enim ni-  
 hil aliud est, inquit Socrates apud Pla-  
 tonem\*, quam animus, qui corpore  
utitur.\*

Caput 6<sup>tu</sup>m

De Idearum Signis.

Signum à S. Augustino lib. 2. De  
 Doct. chr. n. i. aliase. i. Definitur, Res  
proter Speciem, quam ingerit sensi-  
bus, aliud aliquid ex se, faciens in cogi-  
tationem venire. Adeoquæ illud si-  
 gnum dicimus, quod in alterius rei  
cognitionem nos ducit.

Generatim duplex est: Physi-  
cum seu naturale, et artificiale  
 seu arbitrarium. Illud est, quod na-  
 turaliter et citrà voluntatem huma-  
 nam quidpiam significat: sic fumus  
 est signum ignis, lamentatio doloris.  
 Istud vero est, quod significat aliquid  
 ex hominum duntaxat institutõ;

\* In alibiade pri-  
 mo.  
 \* Quidam veteriores Phi-  
 losophi, qui Brutorum ani-  
 mas vere spirituales esse con-  
 tendunt, mentem adhuc esse  
 hanc recentiorum Philoso-  
 phorum categoriarum ta-  
 bulam, eo quod sub spiri-  
 tu corpori destinato solam  
 mentem humanam collocet,  
 cum et anima bruti etiam  
 sub eo contineatur, nec  
 non spiritualis sit.

7  
 35

84. Sic hederæ ad fores appensa vinum venale denotat: vel ut exemplum argumento, quod tractamus, magis accommodatum adhibeamus, voces sive scriptæ sive ore prolatae cogitationes nostras et res ipsas ex instituto significant.

85. Vox autem, quatenus limitur pro vocabulo seu dictione, quæ ab homine ad significandam suam cogitationem profertur, definiri solet, Sonus articulatus ab homine prolatus, ad exprimendas animi cogitationes institutus. Dicitur Sonus articulatus, id est per syllabas, quasi per articulos, distinctus, ut à confusis animalium vocibus, v.g. mugitu bovm, balatu ovium, latratu canum, &c. distinguatur. Additur, ad exprimendas animi cogitationes institutus, ut à vocibus psittacorum vel picarum temerè vocabula, seu dictiones effundentium discernatur.

86. Grammatici octo vocabulorum aut dictionum genera distinguunt, quibus humana locutio seu sermocinatio continetur; scilicet nomen, pronomen, verbum, participium, adverbium, prepositionem, conjunctionem, interjectionem. Sed cogitationes nostras nomen et verbum præcipue exprimunt; nomen quidem perceptiones; verbum verò iudicia.

Nomen igitur est dictio insti- <sup>85.</sup>  
tuta ad exprimendas ideas seu idearum <sup>87</sup>  
vel perceptionum objecta; uijusmodi  
sunt Deus, Angelus, coelum, &c. No-  
minis locō soepē usurpatur pronomen,  
ut ego, tu, &c. quōd etiam ideam si-  
gnificat. Idem de participio, quōd  
verum est nomen, ut amans, amatus.  
idem pariter de adverbio sentien-  
dum: nam v.g. adverbium istud,  
prudenter significat cum prudentiā;  
Sobrie cum sobrietate, &c.

Verbum est vocabulum ad ex- <sup>88.</sup>  
primenda judicia, sive ad significan-  
dam affirmationem primariō insti-  
tutum; ut amo, video, &c. Dicitur  
primariō institutum; nam cum Ver-  
bum varios habeat modos, in solo  
indicativō propriē affirmationem  
seu judicium exprimit. In alijs verō  
modis varios mentis affectus aut  
motus indicat; ut in imperativō  
imperium, in optativō rotum,  
seu desiderium, in subjunctivō  
quidē affirmationem significat,  
sed conditionalem, et alteri sub-  
junctam, non simplicem et abso-  
lutam, ut in indicativō. Infini-  
titivus modus vel retinet affir-  
mationem, ut cum dicitur, Scio  
malum esse fugiendum; tuncque  
est verē verbum; vel non reti-  
net affirmationem, et evadit

86. nomen, ut cum dicitur, Sive tuum  
nihil est. Gerundia sunt nomina  
substantiva, que nihil addunt infi-  
nitivo, nisi necessitatem aliquid ge-  
rendi, unde gerundii nomen du-  
tum: v.g. cum dicitur, amandum  
est, idem proorsus est ac si diceretur,  
oportet amare. Supina quo-  
que sunt nomina substantiva,  
que loco infinitivi ponuntur, ut  
veni pransum, idem est, ac veni  
prandere; mirum dictu, idem est,  
mirum dici. (Cetera partes ora-  
tionis nempe prepositio, conjunctio,  
et interjectio cogitationis accidentia  
seu modos potius, quam cogitatio-  
nes exprimentur. Hic sola nomi-  
na spectamus, quoniam iis solis idea  
aut perceptiones, ut verbis iudicia,  
exprimentur.

89 8  
3.6 Nomen igitur, prout hic illud  
spectamus, aut substantivum est,  
seu absolutum, aut adjectivum  
seu connotativum.

Equidem vero nomen pro-  
prie dicendum foret substantivum  
id, quod rem seu substantiam solam  
significat: ut Deus, Angelus, homo,  
lapis, &c. verum etiam entis seu  
substantie modi ipsi substantivo  
nomine exprimentur; ut pruden-  
tia, justitia, rotunditas, &c. Id  
autem nominibus substantivis pro-  
prium est, quod comparativum

et hyperlativum gradum non susci- 87.  
piant: unde Aristotelis effatum, Sub-  
stantia non suscipit magis et minus.

Nomen adjectivum seu con- 90.  
notativum est, quod substantiam  
significat certo modo, seu qualita-  
te affectam: sive, quod substantiam  
significat in recto, seu nominativo  
casu, modum vero seu qualitatem  
connotat in obliquo, seu accusativo  
casu: v.g. album idem est, ac sub-  
stantia, seu subjectum habens al-  
bedinem.

Quamvis autem solis nomini-  
bus adjectivis id conveniat, ut subiect  
subjectum et modum significant,  
plerumque tamen nomina etiam  
substantiva spectantur, quasi sub-  
jectum et modum aliquem essentia-  
lem, seu attributum significantia:  
ut homo significare videtur subjec-  
tum habens humanitatem. Hinc  
oritur divisio nominis in con-  
cretum et abstractum.

Concretum dicitur illud, quod 91.  
rem significat cum aliquo adjuncto,  
sive, ut Scholae loquuntur, quod  
significat subjectum cum forma,  
seu qualitate adjuncta: et proprie  
est nomen adjectivum, v.g. rotun-  
dum significat subjectum, puta  
marmor vel argentum cum forma  
vel qualitate, nempe cum rotun-  
ditate adjuncta. Nihilominus

88. nomen substantivum etiam quandoque dicitur concretum, ut homo concipitur tanquam subjectum habens humanitatem.

92. Nomen abstractum est id, quod solum qualitatem, aut modum, aut formam significat; cuiusmodi sunt, albedo, humanitas, p. In quo intelligi potest, cur id, quod abstracto nomine exprimitur, inesse dicatur subjecto; quod vero concreto nomine exprimitur de subjecto predicetur, secundum idem Scholasticum axioma, abstractorum est inesse, concretorum predicari: nam modus aut qualitas est in subjecto, v.g. rotunditas est in ligno: sed subjectum de se ipso dicitur, v.g. lignum est rotundum, id est, subjectum habens rotunditatem: humanitas est in Platone, et Plato est homo, id est, subjectum habens humanitatem; non quod humanitas sit modus hominis proprie dicitur, cum sit hominis essentia, non accidens; sed quod instar modi concipitur.

93. Idem autem discrimen est inter verum modum seu accidens, et id, quod tantum instar modi concipitur; quod subjectum concipere non possit, sine eo, quod instar modi tantum intelligitur: v.g. Spiritus concipi non potest sine spirituitate, homo sine humanitate: sed

Substantia clarè et distinctè conipi 89.  
potest sine verò modo seu accidente:  
v.g. clarè et distinctè conipi potest  
lignum sine rotunditate, paries si-  
ne albedine, p. Modus tamen intelli-  
gi non potest sine quodam ordine  
aut relatione ad aliquod Subiectum:  
v.g. rotunditas intelligi requirit sine  
aliquo saltem ordine seu relatione  
ad lignum, vel aliquod aliud Subje-  
ctum, quod per eam afficiatur et de-  
nominetur.

Rursus Nomen sive concretum 94.

Sive abstractum vel est commune,  
vel particulare, vel singulare. Com-  
mune dicitur, quod multa signi-  
ficat; ut homo omnes homines  
significat, sive de omnibus simul  
et collectivè sumptis dicitur in plu-  
rali numero, et de singulis seorsim  
ac distributivè acceptis in nume-  
rò singulari.

Particulare  
est, quod aliquid unum significat,  
sed indeterminatum: nempe cum  
nomini communi preponitur  
pronomen indefinitum aliquis,  
vel quidam; ut quidam homo.

Singulare est, quod aliquid unum  
significat et determinatum, sive  
nomen proprium sit, ut Plato,

sive nomen commune sed demon-  
strativò articulo affectum, ut hic ho-  
mo; sive alicui individuo per an-  
tonomasiam\* nomen commune.

\* antonomasia  
figura Rhetorica

P.X.

37

quâ nomen appel-  
lativum loco proprii colum nominant, S. Paulum in-  
ponitur. Sic Sa-  
bandia Brimeps 95. 30. Nomen commune vel  
Eugenius p. m. per Synonymum seu univouum est, vel  
antonomasiam Vien-  
na Brimeps sine homonymum seu equivouum, vel  
udo addito voca-  
batur; nempe prop-  
ter ipsius pro aliis  
Brimepsibus, quo-  
rum tamen multi  
vienna erant, ex-  
cedentiam, et quia  
ab omnibus praedictis  
astimabatur.

90. tribuatur, ut cum Christiani Apo-  
stolum nominant, S. Paulum in-  
teligunt.  
30. Nomen commune vel  
Synonymum seu univouum est, vel  
homonymum seu equivouum, vel  
analogum. Synonymum seu  
univouum est illud, quod eandem  
habet significationem in multis:  
v. g. homo eandem habet signi-  
ficationem in Socrate, Platone  
Aristotele, Cartesio, Gasendo, p.  
Si nomen univouum sit substan-  
tivum, tum genus aut speciem  
exprimit; ut animal, homo, p.  
Si adjectivum fuerit, differenti-  
am, proprium, vel auidens deno-  
tat; ut rationalis, Sermo inatio-  
nis capax, album. Nam ex quin-  
que universalibus attributis seu  
praedictis Porphyrii duo priora,  
genus nempe et species nomini-  
bus substantivis exprimentur;  
tria posteriora, Differentia si-  
cet, proprium et auidens nomi-  
nibus adjectivis significantur.

96. Homonymum seu equivou-  
um aut ambiguum est illud,  
quod diversam habet significatio-  
nem in multis, ut vox ista Taurus  
respectu quadrupedis, Syderis, et  
montis: nam de his omnibus dicitur,

sed diversim significat.

91.

Ambiguitas autem vocabuli vel est à casu, vel à consilio. Equivozum à casu dicitur, cum citrà ullam rationem idem nomen diversis planè rebus impositum est: v.g. cum animali, Syderi et monti idem Tauri nomen inditum fuit.

Equivozum verò à consilio fit, cum idem nomen aliquà de causà multis impositur; cuiusmodi sunt omnia nomina metaphorica seu translata: v.g. ardens dicitur de igne, et de homine irato, propter agitationem aliquam, quæ in irato homine ferè ut in accenso corpore cernitur.

Hanc de nominibus Univocis et equivocis regulam servare oportet: Univocum nomen prius definiendum, quàm dividendum: Equivozum verò prius dividendum, quàm definiendum est.

Analogum ab analogià græcò 97.

nomine, quòd proportionem significat, latine velut proportionale reditur. In Scholis dupliis generis distinguuntur Analogia, scilicet analogia attributionis, et analogia proportionis.

Analogia attributionis dicuntur ea, quæ idem habent attributum, sed diversò modo idem participant; sic animal, color, qui in vultu apparet, et ambulatio dicuntur sana, sed sanitatem diversà ratione participant. Hinc etiam analogia attributionis definiuntur ea, quæ diversam habent rationem ad eundem

92. terminum, scilicet ad hunc attributum,  
puta ad sanitatem: nam animal habet re-  
lationem ad sanitatem tanquam subjectum  
illius; color vultus tanquam ipsius signum;  
et ambulatio tanquam illius causa. At, ut  
verum fateamur, hoc nomen sanum dici  
potest equivocum respectu animalis, coloris  
et ambulationis, quoniam diversum quid  
in is significat. Videtur ergo magis pro-  
priè Ens dici analogum quid respectu Dei e.g.  
et hominis; quia solus Deus verè Ens dici  
potest, homo verò et cetera entia creata im-  
propriè tantum et per participationem.

Analogia proportionis dicuntur ea,  
quae eandem habent relationem ad diversos  
terminos. Ut pes hominis, pes montis, pes  
scamni eodem modo referuntur ad homi-  
nem, montem, et scamnum tanquam ad  
diversos terminos: siquidem ut se habet pes  
hominis ad hominem, ita se habet pes mon-  
tis aut scamni ad montem et scamnum, et  
quemadmodum pes hominis sustentat homi-  
nem, ita pes montis aut scamni montem  
aut scamnum sustentat.

98. Quarto. Nomen vel est Categori-  
maticum, seu predicabile, vel Syncate-  
gorematicum seu compredicabile. Cate-  
gorematicum dicitur, quod solum et sine  
additō potest de alio predicari; ut homo de  
Platone; figura de triangulo; infinitum  
de Deo: v.g. Plato est homo, Triangulum est  
figura, Deus est infinitus. Syncatego-  
rematicum est, quod solum et sine aliquo  
additō non potest de alio enunciari; cuius-  
modi sunt omnis, nudus, aliquis; nam dici  
nequeunt sine aliquo nomine additō.  
Similiter nomen infinitus solitarie simp-

tum dici non potest de numero vel ubi re 93.  
creata: nam dici non potest simpliciter, nu-  
merus est infinitus, sed tantum aliquid ad-  
dendo; scilicet, est infinitus potestate, id  
est augeri potest sine fine; quia nullus  
numerus est tantus, quin ipsi semper ali-  
quid addi possit. Hinc isti loquendi  
modi in Scholis usitati: Deus solus est in-  
finitus categorematice; cetera tantum  
Synecategorematicè dici possunt infinita;  
scilicet numerus, et divisibilitas mate-  
ria apud Peripateticos.

Quinto. Nomen aliud est Categori- 99.  
cum, aliud Transcendentale. Transcendens  
est, quod significat aliquod ens aut modum  
entis in aliqua categoria duntaxat con-  
tentum: cuiusmodi sunt, Angelus, homo,  
lapis, &c. Transcendentale significat  
aliquid transcendens omnes categorias, sive  
aliquid, quod tum ad ens, tum ad modum  
entis generatim pertinet, nec in una ma-  
gis, quam in alia categoria continetur;  
ut sunt essentia, existentia, unitas, ve-  
ritas, bonitas, duratio, ordo, relatio, op-  
positio, et quaecumque tum enti tum  
entis modo conveniunt. Nam ens om-  
ne absolute et in se spectatum est exis-  
tens, unum, verum, bonum, durans, &c.  
relative vero est ordinatum, relatum,  
oppositum, &c. Simili ratione, omnis  
modus entis est existens, unus, verus, bo-  
nus, &c. relatus, oppositus, &c.

Sexto. Hinc sequitur alia divisio 100.  
nominis in absolutum, quod rem ali-  
quam absolutam sive ab omni alia re so-  
lutam significat, adeo ut sine relatione  
aut ordine ad ullam aliam rem spectetur.

94. ajusmodi sunt homo, domus, caminum, p.  
et in relativum, quod nempe rem expri-  
mit cum ordine ad aliud quidpiam; qualia  
sunt ista nomina, pater, filius, dominus,  
servus: pater enim est filii pater, domi-  
nus est servi dominus, et vicissim.

101. Septimo. Alia sunt nomina prime,  
alia secundae intentionis. Nomina pri-  
mae intentionis dicuntur, quae tum ad res  
ipsas significandas, tum ad primarias nostras  
cogitationes exprimendas sunt instituta,  
qualia sunt ista, Deus, Angelus, Homo,  
Dominus, p. Nomina secundae intentio-  
tionis vocantur ea, quae vel ipsa verum no-  
mina vel cogitationes nostras secundarias  
et reflexas significant.

Quod ut clarius percipiatur, notan-  
dum, intentionis nomen, quod ab intenden-  
do dicitur, hoc loco nihil aliud significare,  
quam mentis ad aliquod percipiendum inten-  
tae cogitationem: unde illud Poeta:  
Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

Intentio autem haec duplex est, prima  
sibi et secunda. Intentio prima est  
ea, qua res ipsas percipimus: ut si quis di-  
cat, ambos Scipiones, fuisse duo belli ful-  
mina, statim intelligam, nobiles hos  
Romanos exitium hostibus intulisse, ut  
quilibet eadem voces percipiens intelliget.

Intentio secunda est secundaria et  
velut reflexa cognitio, qua in priorem  
cogitationem redit animus, nomenque  
eis vocibus, quibus haec cogitatio expressa  
est, attribuit: v. g. in ablatâ proposi-  
tione spectare possum ambos Scipiones  
quasi subjectum propositionis, et ful-

mina belli tanquam attributum seu <sup>95.</sup>  
predicatum ejusdem propositionis: vel  
Significationes tanquam nomen Substanti-  
rum et ambos tanquam nomen adjec-  
tivum: vel attributum istud, belli  
Fulmina, velut tropum seu metapho-  
ram, non quasi propriam et natu-  
ralem appellationem.

Res igitur, quae per primam  
intentionem cognoscuntur, dicuntur  
in Scholis primò intentionaliter cogni-  
tæ: cogitationes vero vel nomina,  
quae reflexâ et secundariâ cognitione  
percipiuntur, secundò intentionaliter  
cognosci prohibentur. At ne ista  
secundarie perceptiones in mente inuti-  
les permanerent, inventæ sunt artes ali-  
qua, seu disciplinae instrumentales,  
quae nomina eis imponerent, puta Gram-  
matica, Rhetorica, et Logica. Nam  
Grammatica prodidit nomina Decli-  
nationis, conjugationis, generis, casus, p.  
Rhetorica nomina Tropi, figure, Ora-  
tionis, exordii, p. Logica nomina  
Subjecti, attributi seu predicati, Defi-  
nitionis, Demonstrationis, p. Inibus  
omnibus Grammatica congruè, Rhe-  
torica ornate, Logica rectè loquendi  
præcepta tradunt; omnesque simul  
ad cæterarum disciplinarum adeptio-  
nem velut ministræ quædam infer-  
viunt.

Nomen igitur, ut paucis omnia  
dicamus, primò intentionale sumi-

fitur pro eo, ad quod primario fuit institu-  
tum: ut cum e.g. nomen Homo sumitur  
pro animali rationali, dicitur sumi  
primò intentionaliter. Secundò inten-  
tionale nomen verò est, quod sumitur  
pro eo, ad quod fuit institutum ex se-  
cundà hominum intentione, sive per  
mentis operationem, ut cum nomen  
Homo dicitur esse Species, vel in propo-  
sitione Subiectum aut predicatum p.

Et hæc de ipsis earundemque signis  
dicta sufficiant: nec enim opere pretium arbi-  
tramur ampliori huius sermone ea expendere,  
quæ vulgares Philosophi de nominum, seu, ut  
vocant, terminorum proprietatibus sat amplè  
referunt, ut quæ, nostro equidem iudicio, nullam  
contineant utilitatem, quæ aliunde, ac præsertim  
ex sequentibus logica nostra partibus abundè hau-  
viri non possit; unde nobis satis erit earundem  
saltem nomenclaturam tenuisse.

Sex igitur vulgò numerari solent nominum seu  
terminorum proprietates: scilicet Suppositio, quæ  
est usus termini pro se aut pro alio, pro quo substi-  
tuitur. Status, quæ est adeptio nominis seu ter-  
mini, pro tempore per verbum sum est importa-  
to\*. Ampliatio, quæ est extensio termini a mino-  
ri ad maiorem significationem. Restrictio, quæ est  
coartatio termini à majori ad minorem signifi-  
cationem. Alienatio, quæ est usus termini in  
sensu improprio et metaphoricò. Denique Appel-  
latio, quæ est applicatio unius termini supra alium.  
Inter has nominum seu terminorum proprietates  
sola Suppositio in varia membra subdividitur.  
Verum quam parum utilitatis præ se ferant, vel  
Status exemplum, quòd in margine notavimus  
sat amplè declarat.

\* ut si dicitur Socras  
ambulat, seu est  
ambulans, ut verus  
sit huius propositionis  
Status, debet Socras  
in presenti ambulare.